



D. FERNANDI  
 VASQVII PINCIANI  
 MENCHACENSIS IURISCON  
 SVLTI HISPANI OLIM EX CE  
 LEBERRIMO DIVI IACOBI COLLE  
 gio, hodie in summo Dominicæ rei prætorio Se.  
 natoris clariss. conerouersiarum vsu fre  
 quentium Libri tres.



HERCVLES



HISPALVS

Impressi & examinati mandato Reueren  
 tissimorum Inquisitorum.

BARCINONE  
 In ædibus Claudij Bornat, sub Aquila forti.

1563.



BIBLIOTHECA  
MUSEI  
HISTORICO-NATURALIS  
ROMANAE

ILLVSTRISSIMO DOMI-  
no principi Ebolensi, comiti e Melito. & c.  
Fernandus Vasquius Pincianus à Menchaca. S. P. D.



VVM OMNIBVS in rebus, Princeps Illustrissime, perfectum, tutum,  
& perspicuum esse hoc vnum animaduertentem, q̄ vsus frequēs qui omniam  
magistrorum præcepta superat, edoceret, nec imperatores vnq̄, nec iurecon-  
sultos, nec medicos, aut oratores etiam disertissimos quicq̄ magna laude di-  
gnum, sine vsu & exercitatione assequi potuisse, quumq̄, rursus cogitationes  
suas literis quiescē in rebus quantumuis assiduus, omni tamen controuersia carentibus mādare,  
hominis esse iam actum agentis, literisq̄, & ocio abutentis mecum recolerem: ideo scribendas  
ad res vsu frequentes & controuersas animum appuli meum, q̄ priore capite vberimū fru-  
ctum, minimeq̄, suspectum aut incertum asferre, posteriore autem delectatione, admiratio-  
neq̄, allicere lectorem sperauerim. Quæ enim ardua & vehemēter controuersa sunt, vt rara  
ita pulchra & iucunda humanis ingenijs esse solent. Deniq̄, licet ex Socratis sentētia tanta sit  
librorum copia, tamq̄, sapientiæ studiosis noxia, vt ipse librorum chartæ scriptorum nonnullis  
pluris essent emendæ: huc tamen nostrum laborem, studium, diligentiam, qui superfluere exi-  
stimauerit parū perspectas quas agimus res habebit. Vt enim agricolæ in malis radicibus ex-  
tirpandis non minus insudant, q̄ in nouis serendis, utq̄, præceptores in suspectis aut noxijs do-  
ctrinis dedocendis non minus, sed longè fastidiosius elaborant, q̄ in tradendis præceptis ve-  
ris, ita huic nostræ tēpestati geminus labor relictus est. Primus (utq̄, Antisthenis testimonio  
difficillimus) in non paucis veterum traditæ stirpibus euellēdis, alter in veris disciplinis  
edocendis. Quum primum enim magistris traditi sumus, tum (ex Ciceronis sentētia) ita va-  
rijs imbuimur erroribus, vt vanitati veritas, & cæcis opinionibus confirmatis natura ipsa ce-  
dat, vt iam pene cum lacte nutricis (quæ humani generis infelicitas est) errores illos suxisse  
videamur, vt qui huiuscemodi nebulis hominum pectora veridicis scriptis distilue purgaue-  
rit, vt venenum acceptū euomere possint, laude, honore, & trophæo dignus non iniuria præ-  
dicetur. Iure enim diuino & naturali regimur, à quo nisi ob aliquam non obscuram publicæ  
rei utilitatem abscedere nefas est, cuius iuris natura nos ipsa sine vilo doctore peritos effecit,  
ingenijsq̄, nostris semina innata virtutum impressit, quæ nos per se sola ad tranquillitatem &  
beatam vitam, & omnia necessariarū rerū cognitionem perducerent, nisi cæcis illis confirma-  
tisq̄, hominum muētis cedere cogereimur, eorū vitio (quorū numerosa turba est) qui (teste  
& grauius inculante Cicerone) incognita pro cognitis perniciose differuerūt: o quam scite  
Socrates omnium mortalium sapientissimus ab Apolline iudicatus, hoc vnū (aiebat) scio, q̄ ni-  
hil scio: vt non obscura sit eorum infantia, noxia, & temeritas, qui ea de quibus ipsimet incerti  
sunt pro certis tradiderūt in certā humani generis perniciem & calamitatē. Quū ergo, prin-  
ceps humanissime, raras eximiasq̄, animi tui dotes cū summa nobilitate cōiunctas mecum per-  
penderem, futurū non immerito speraui, vt sine vilo etiā magistro vi & acie ingenij tui, & so-  
la iuris nature tibi innata perina & cognitione praua à rectis, suspecta à veris perspicue secer-  
nere, atq̄, ita nostris conatibus & laboribus adspirare facile possēs, nec nouū tibi erga me id  
erit: memoria enim tenes, quā ita abs te, quāq̄, benigna ac propēsa humanitate Monarchæ no-  
stro potentissimo olim fuenim cōmendatus, quūq̄, magis ac magis nos graui testimonio & lo-  
cupletis ornates, id ea modestia & animi candore maiorū tuorū imagine fecisti, vt in benefa-  
ciēdo beneficiū accipere videri volueris. Proinde & si me tantū tibi debere, quantum nec ver-  
bis assequi, nec prædicādo illustrare possem, non ignorabā: tacitus tamē tantā beneficentiā et  
gratiā præterire nō potui, nec quicq̄, mihi iustius esse putauī, q̄ vt meā erga te voluntatem, ani-  
mūq̄, tanti beneficij nec immemorem esse, neq̄, vnq̄ fore hoc munusculo & iudicio quasi  
aeterno testarer. Ex nostris itaq̄, vigilijs & lucubrationibus hūc controuersiarū vsu frequen-  
tium Librū nuncupare & cōsecrare tuæ curauī Cellitudini, quam summus rerum opifex : c  
parens Deus seruet incolumem. Vale Hispanorum procerum decus.

Plutarchus  
in apoph. li.  
bra. 8.

Plutarchus  
in apoph. li.  
bra. 7.  
Cicero tuſc.  
lib. 3.

Cicero off.  
lib. 1.

Plutarchus  
in apoph. li.  
bra. 3.

LIB. I.

# S. D. FERNANDI VASQVII PINCIANI MENCHACENSIS IVRISCONSULTI HISPANI OLIM

EX CELEBERRIMO DIVI IACOBI  
COLLEGIO, HODIE IN SVMMO

Donnicæ rei prætoriq; Senatoris  
clariss. controuersiarum via  
frequentium li-  
bri tres.

1. **R**egnum quid sit.
2. **R**egnum inuicem quid sit.
3. **I**mperium uolens tendere ad inuicem.
4. **P**rinceps iustam appellacionem etiam de plenitudine potestatis auferre non potest. Et est dubia questio.
5. **P**otentia vera quid.
6. **N**obis nobis ex causa auferri potest.
7. **P**rinceps nobis nobis sine causa etiam de plenitudine potestatis auferre nequit. Et est egregia questio.
7. **I**ntell. litem si verberatum ff. de rei vend.
8. **P**rinceps nobis nobis etiam in re rege auferre non potest. etiam de plenitudine potestatis.
9. **D**ominium nobis nobis per modum civitatis de plenitudine potestatis per principem potest auferri.
10. **D**ominium civile an referatur? Et est egregia questio.
11. **D**ominium sententia quaesito; an sine causa de plenitudine potestatis nobis auferri possit egregia questio.
12. **D**ominium velle sine causa etiam de plenitudine potestatis auferri nequit contra multos.
13. **D**ominium aditione hereditatis quaesito sine causa etiam de plenitudine potestatis auferri nequit cum multis contra plures.
14. **I**dem in dominis leg. at.
15. **I**dem in dominis per restrictionem quaesito cum quibusdam contra Decium.
16. **I**dem in dominis quaesito per employtionem contra Decium.
17. **I**dem in dominis quaesito per arrogationem.
18. **I**dem in dominis per monachatum quaesito, vel etiam auster ecclesie acquisita.
19. **I**dem in dominis per monachatum monasterii quaesito.
20. **I**dem in dominis quaesito per contractum employ.
21. **I**dem in adquirendis per modum contractus contra Decium.
22. **I**dem in acquirendis per ultimam voluntatem contra Decium.
23. **L**egitimus hereditatem alteri delatam non dum agnitam an auferat egregia questio.

24. **I**ntell. l. s. filius ad Tertul. ff.
25. **M**onachus si sit episcopus hereditatem alteri delatam non dum agnitam auferat, non multo contra multos.
26. **P**rinceps non presumitur velle nobis nobis auferre.
27. **L**egitimus hereditatem ab alio aditam et possessam an auferat ingens questio.
28. **P**rinceps etiam de plenitudine potestatis non potest exire contractum.
29. **P**rinceps an ad legibus solutus sit de accipiendum.
30. **L**egitimus hereditatem ab alio aditam non dum possessam an auferat? Et est ingens pugna.
31. **I**ntell. auh. item ff. de hereditatis.
32. **D**ominium an nobis possit auferri declaratio nova.
33. **D**ominium nobis auferri potest ex causa primatam vilitate an respiciente contra plures.
34. **D**ominium sententia quaesito iure gentium de quaesito videri contra plures.
35. **L**egitimus hereditatem agnitam delatam in iure dei etiam aditam seu etiam possessam an auferat.

GAVT. PRIMVM.



Non semel animaduerti in causis agendis, quo magis res & negotia frequentia sunt, eo magis ac magis esse controuersa: siue humani generis vicio id fiat, quod ad diffidentium proclive est, siue impia patronorum auaritia: qui causas non inultas modo verum desperatas quoque patrocinio suo (ne lenocinio dicam) reparandas suscipiunt. Sicq; huc atq; illuc

A varia